UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto aniceto papa [et] martyre. Cap[itulum]. lvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

Calixtus et cariſius τ alij ſeptē cōſocij eorū apō ciuitatē corithū martyriū paſſi ſunt. Qui oēs ꝓ confeſſiōe noīs xpiani in pelago demerſi ꝑpetuas triumphi palmas a dn̄o percipere meruerūt. xvi. kalendas maij: vt dicit ado.

¶ De ſanctis decē τ octo martyribus. Cap. lvi.

Decem τ octo martyres in ciuitate ceſarauguſtana martyrium paſſi ſunt. Quorū noīa ſunt hec: quintilianus: caſſianus: ſaturninus publius: vrbanus: martialis: fauſtus: ſucceſſus: felix: ianuarius: primitiuus: euotus: cecilianus: optatus: frōto: lupertus: apodemus: iulius. Hi omnes ſub daciano hiſpaniarū preſide diuerſis affecti penis atq̄ interfecti ſunt. xvi. kalendas maij.

¶ De ſancto aniceto papa τ martyre. Cap. lvij.

Anicetus papa τ martyr natione ſyrus ex patre iohāne: pio romano pōtifici in epatu ſucceſſit: τ ſedit annos. ix. menſes. iij. dies. iiij. Hic conſtituit vt clericus non nutriat barbā: nec comā: τ habeat coronam ad modū ſpirule: cōſtituit etiā q̄ ep̄s non debeat cōſecrari: niſi adminus a tribus ep̄is. Si aūt archiepiſcopus debeat conſecrari omnes prouinciales ep̄i debeant adeſſe: ſicut omnes tenent̄ ei obedire. Item ſtatuit vt ſi aliquis epiſcopus haberet aliquid cōtra ſuum archiep̄m: nō alio eſt deferendus: niſi ad primatē: vel ad ſedē apoſtolicam. Et vt nulli archiep̄i primates vocent̄: niſi illi qui primatū tenēt ciuitatū: quarū ep̄os apoſtoli: vel eorum ſucceſſores regulariter patriarchas ſtatuerūt: ſed metropolitani vocent̄. Hic fecit ordinationes. v. per menſem decēbrium: preſbyteros. xvij. diacones. iiij. epiſcopos per diuerſa loca. ix. Qui tempore ſeueri τ marci imperatorum martyrio coronatur. Et ſepultus eſt ī cimiterio calixti via apia. xv. kal'. maij. Et ceſſauit epiſcopatus dies. xv.

¶ De ſancto Mapalico τ ſocijs martyribus. Cap. lviij.

Mapalicus martyr cū pluribꝰ alijs paſſus eſt apud aphricam ciuitatē tagaſteſi. De quo beatus cyprianus in epiſtola ad martyres τ cōfeſſores multa laudabilia ſcripſit: et q̄ martyrium ſuū prophetica voce predixit. Qui omnes martyrio coronati ſunt. xv. kal'. maij.

¶ De ſancto heleno habate. Cap. lix.

Helenus abbas cum in heremo habitaret τ cū fratribꝰ cibaria deferret aggrauatus pondere onagros vidēs eis precepit: vt in xp̄i noīe vnus eorū eiꝰ ſarcinam portaret. Quod τ factū eſt: vno ex illis ſarcinam ad locum conſtitutū cū māſuetudine deferente. Alio tp̄e inuenit fratres diem dn̄icum minus ſolenniter celebrantes: quia ſacerdotis cōmunione carebant. Et dum iret ꝓ ſacerdote crocodilū in flumine reptum aſcendit: τ ſup ipſum flumen trāſiens ad cellā preſbyteri venit: quē ſecum adduxit: τ flumen vt prius trāſiuit. Dūq̄ ſacerdos timore ſerpentis fugeret ſctūs illum ſigno crucis diſſepſit: ſicq̄ de cetero p̄ſbyter ſecurus ad fratres acceſſit. ¶ Iuuenis helenū ad heremū ſecutꝰ grauiter de carnis vitio tentabatur. Ille v̄o digitum in arena circa cellam iuuenis duxit: τ circulum fecit: ac demonibus ne ſignum illud pretergrederētur expreſſe mandauit: moxq̄ frater a tentatione exinde ſecurus permanſit. Dum aūt fratres vndiq̄ ad eum venirent: continue iuuenis incognitus eidē apparebat: τ cibos ꝓ aduenis deferebat: ac illico abibat. ¶ Dum ſemel cum quodā heretico diſputaret: τ argumēta eius ferre nō poſſet ignem accendi fecit: vt quis eorum igne non vteret̄: fidem habere verā probaret̄. Quē helenus intrans dudum in flammis illeſus permanſit: τ intactus exiuit. Hereticus v̄o intrare nolens confuſus abijt. Dormiuit in xp̄o vir ſanctus. xv. kalen. maij: hec heraclides.

¶ De ſancto paulo abbate. Cap. lx.

Paulus abbas ī libya quingētos mōachos habuit quos monitis ſalutaribꝰ τ exemplari vita in viā ſalutis direxit. Qui diebus ſingulis: nec cibum ſumebat: nec manibꝰ operabat̄: donec. ccc. oratiōes deo ſolueret genuflexo: quas numero lapidū ponebat: τ ad ſingulas orationes lapides in ſinum remittebat: vt dicit heraclides: τ ip̄e ī xp̄o pauſauit die quo ſupra videlʒ. xv. kalen. maij.

¶ De ſanctis Eleutherio ep̄o τ Antia martyribus. Cap. lxi.

Eleutheriꝰ ep̄s τ antias mater eius paſſi ſunt rome ſub adriano imperatore: cuius pater nobilis ſenator: dū decederet: matri puerū cōmedauit. Illa v̄o xp̄ianiſſima filiū ſacris litteris erudiēdū cuidā ep̄o tradidit. Qui iuuenē eruditū de oībus annoꝝ. xij. in diaconē ordinauit: deinde annoꝝ. xviij. ad ſacerdotiū ꝓmouit: deinde cū multis clareret ſignis annoꝝ. xx. ad petitionē multoꝝ ipſum in apulia ep̄m cōſe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN